Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



RVTH:

118

me mara ꝛ amara quia valde me
amaritudine replevit omnipotens. Egressa
sum plena. Et vacuam reduxit me dominus.
Cur igitur vocatis me noemi quia humiliavit me deus. Et afflixit omnipotens. Dixit
igitur noemi cum ruth moabitide nuru
sua de civitate peregrinationis suae. et reversa est in bethleem in principio ordei me
metente. Erat autem vir. II. Cebant
elymelech consanguineus vir potens et magnae opum no
mine boos. Dixitque ruth moabitis
ad socrum suam. Si vides quod ad ma
nus meas. ut colligam spicas quae metentium fugiunt manus. ubicumque clemen
tis invenerit patris familias reperto gra
tia. Cum illa respondit. Vade filia mea. Abiit
itaque et colligebat spicas post tergum
metentium. Accidit autem ut ager
ille veniret cum nomine boos qui erat
de cognatione elimelech. Ecce ipse veniebat de bethleem. Dixitque messoribus
Dominus sit vobiscum. Qui responderunt
et benedicat tibi dominus. Dixitque
boos puerum qui messoribus praerat.
Cuius esset puella. Puer respondit. Ha
ec est moabitis quae venit cum noemi
de regione moabitide. Et rogavit ut
spicas colligere permittatur. sequens
messores vestigia. Et de mane usque nunc
stat in agro. Nec ad momentum quidem
domum reversa est. Et ait boos ad ruth.
Audi filia. Ne vadas ad colligendum in
alterum agrum. nec recedas ab hoc loco.
Et iunge puellis meis. Et ubi messu
erunt segetem mandavi eis prius mis
ut nemo tibi molestus sit. Si etiam
sitieris. vade ad vasa et bibe
aquas. de quibus puteum hausit puer
cadens in faciem suam. Et adorans
super terram. dixit ad eum. Unde mihi hoc
ut invenerim gratiam ante oculos meos.
Et noscere me dignaris peregrinam. Cum
cum respondit. Nunciata sunt mihi
omnia quae fecisti socrui tuae post
mortem viri tui. Et quomodo reliquisti parentes
tuos. Et terram in qua natus es. Venisti
ad populum quem ante nesciebas. Reddat
tibi dominus mercedem pro hoc. Et ple
nam mercedem recipias a domino deo israel.
ad quem venisti. Et subeunte fugis
ti alas. Nunc ergo inveniam gratiam coram
oculis tuis domine mi. qua consolatus
es me. Et locutus es ad cor ancillae
tuae. quae non sum similis uni puel
larum tuarum. Dixitque ad eam boos. Cum
hora vescendi venerit. accede et comede pa
nem. et intinge buccellam tuam in
acetum. Sedit ergo messorum latus. Et porrexit
polentam sibi comedit. Et satiata
est. Et fecit reliquias. atque in surrexit
ut spicas ex more colligeret. Praecepit
autem boos puris suis dicens. Etiam si
volunt metere noluerit. ne prohibeatis
eam. Et de manipulis quoque tuis. Pro
pterea de industria. et remanere permit
tite. ut absque timore colligat. Et colli
gentem nemo corripiat. Collegit ergo
in agro usque ad vesperam. Et quae colleg
at virga cecidit. Et excutiens. invenit
ordei quasi ephi mensuram. et tres mo
dios. Quos portans reversa est in civitatem.
Et ostendit socrui suae. Insuper protulit.
Et dedit ei reliquias cibi sui. quo sa
tiata fuerat. Dixitque ei socrus. Ubi ho
die collegisti. Et ubi fecisti opus. Sit benedictus qui novit
tus est. Indicavitque
ei apud quem esset operata. Et nomen dixit
viri. cui boos nomen erat. Cum dixit
noemi. Benedictus sit a domino. quod ea
dem gratiam non prohibuit mortuis. servavit
et morientibus. Rursumque ait. Propinquus
noster est homo. Et ruth. Hoc quoque ait
praecepit mihi. ut tamdiu messoribus
meis iungar donec omnes segetes me
tentur. Cum dixisset socrus. Melius est fi
lia mea ut cum puellis eius exeras
ad metendum. ne in alieno agro oppro
brietur tibi. Iuncta est itaque puellis
boos. Et tamdiu cum eis messuit.

fuit: